



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 48. Injuria Polomo Oratori illata Pontificis consilio reparata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

merat prærogativam, qua sui Archi-^{Sæc. XVIII.}
 episcopatus gerendi potestatem nemini ^{A. C. 1731.}
 ex finitimis Provinciis faciat, aut fa-
 cere teneatur: Prætenso huic juri huc-
 usque Lucenses mordicus institere,
 quocirca evenit, ut cum Bened. XIII.
 Archiepiscopalis hujus Ecclesiæ curam
 contulisset Thomæ Cerviono ex Monte
 Alcino, quod est oppidum in Magni
 Etruriæ Ducis ditone situm, Respu-
 blica hunc acceptare constantissime re-
 cusaret, eique omnem ad se aditum
 intercluderet. Vicissim vero Pontifex
 Lucensis Reipublicæ Oratori accessum
 prohibuit: Fervebat adhuc controver-
 sia, dum Clemens Divi Petri Cathed-
 ram conscenderat, qui tamen primis
 adhuc Regiminis sui diebus has con-
 tentiones penitus eliminare statuit, ac
 propterea auditis Lucensium rationibus
 Cervionum amovit, eumque Sacratio
 Pontificio præesse voluit: In ipsius
 vero locum subrogavit Fabium Collo-
 redum Forojuliensem Congregationis
 Oratorii Presbyterum, qui omnium læ-
 titia & gratulatione exceptus est.

§. XLVIII.

*Injuria Polono Oratori illata Pon-
 tificis consilio reparata.*

Uu 4

Sub

Sæc. XVIII. **S**ub idem ferme tempus gravioris mo-
 A. C. 1731. gisque periculosi tumultus antea

Romæ præbuit petulantia Apparitorum, quos Itali *Sbirros* vocant. Illi enim nescio qua de causa Poloni Cætoris Famulum, qui ante Palatii fores excubare consueverat, in conspectu ipsius Legati captum abducunt, illius famulari veste in publica Urbis populi spoliant, captumque ad carceres nocturne raptant. Hanc injuriam sibi acceptam illatam fuisse, inque Regis sui contemptum redundare reputabat Orator, hinc die tertia Junii tam Pontificis, quam Poloni Regis insignia ab ædibus Palatii arrelli, suumque Palatium ocludi iussit. In eo jam erat, ut insalutato Papa Urbe excederet: Ea res summopere afflixerat Clementem Pontificem paucis studiosissimum, qui etiam sine more cum Hannibale Cardinale Albanio Polonici Regni Protectore de reparanda hujus injuriæ modo agere cepit, utque inter eos conventum, ut prædictus Cardinalis Oratorem accederet, eumque placare satageret, pollicitatione facta, famulum mox e custodia dimittendum, Apparitores vero in vincula conjectos demum ad triremes esse condemnandos: Horum supplicio modo modo læso Oratoris honori satisfactum, sed etiam ejusdem benignitas usque

adeo excitata, ut ipsos hujus injuriæ Sæc. XVIII.
 Auctores, dum jamjam Urbem vete- A. C. 1731.
 rem ad triremes abducerentur, Regis
 sui nomine a pœna liberari peteret.

§. XLIX.

Aliæ contentiones feliciter compositiæ.

Jam anno hujus sæculi vigesimo septi-
 mo Benedictus XIII. nuper defun-
 ctus Pontifex Hispaniarum Regi per
 Apostolicas literas indulserat, ut Ec-
 clesiasticorum beneficia in Hispania
 nullo pensionum onere gravari possent:
 Hoc ipsum vero indultum Clemens
 Papa irritum nullumque declaravit,
 & Alemannio, qui Apostolici Nuntii
 partes acturus in hoc Regnum contem-
 derat, in mandatis dedit, ut Bene-
 dicti XIII. Breve publice revocaret: Id
 quidem displicuit Regi, qui tamen suam
 indignationem moderato silentio tem-
 peravit: Gravior autem, & præter om-
 nem expectationem enata lis Pontifi-
 cis tranquillitatem turbabat: Accide-
 rat enim, ut duo juvenes cum quodam
 milite Neapolitano natione Germano
 altercarentur, illumque haud procul
 ab Urbe Beneventana trucidarent. Hi
 perpetrato scelere ad Civitatem contem-
 dunt, & ad securitatis locum convolant:
 Re comperta Comes de Harrach Nea-
 polis